**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz

**Band:** 61 (1906)

**Artikel:** Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1036 - 1313. Band 1

**Autor:** Liebenau, Theodor von

**Kapitel:** Urkunde Nr. 300 bis 309

**DOI:** https://doi.org/10.5169/seals-116382

**Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

**Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

**Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

**Download PDF:** 07.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch**

ordinis Cyſtercienſis recognoſcimus per preſentes, quod poſt deceſſum fratris H. dicti de Velthein, conuentualis dicti Monaſterii ſancti Vrbani, ac Katherine, (et) Lene ſororum conuentualium dicti Monaſterii in Eberſegga in receptione quinque fruſtorum tritici ab Eccleſia Beronenſi eiſdem debitis annuatim, nichil iuris habemus contra prenotatam Eccleſiam Beronenſem, ſed poſt eorum omnium mortem erunt penitus abſoluti. In huius recognitionis euidenciam ſigilla predictorum — — abbatis et abbatiſſe preſentibus ſunt appenſa. Actum anno domini M$^{0}$CCCXI$^{0}$., infeſto exaltacionis Sancte crucis. Indictione IX.[a]

Liber crinitus fol. 28. Gedruckt in Neugart, Cod. dipl. II, 377. Copie von Dr. v. L.

## Nr. 300.

1312, 16. März, (feria quinta poſt Gregorii), Münster.

Ulrich von Landenberg, Propst und Capitel zu Münster vidimieren die Urkunde vom August 1274 betreffend die Jahrzeitstiftung des Chorherren Gottfried von Pfeffikon und lassen den Inhabern der dafür angewiesenen Grundstücke 30 Mutt jährlichen Zinses in Folge Loskaufes nach.

Liber crinitus fol. 31, 44, 45. Vgl. oben Nr. 127.

## Nr. 301.

1312, 14. April, Münster.

Ritter Jakob von Rinach vergabt an das Stift Münster sein Gut in Hilfinkon, die Vogtei über 4 Schuposen zu Elmengrin und sein Haus in Münster.

Nouerint omnes, quos noſſe fuerit oportunum, quod ego Jacobus de Rinach, miles, compos mentis et corporis, pro remedio anime mee parentumque meorum donaui libere et | abſolute honorandis dominis — — prepoſito et capitulo eccleſie Beronenſis, recipientibus vice et nomine ipſius eccleſie Bona mea propria aput Hilfinkon ſita, que a me — — dictus Wilde | quondam tenuerat in feodum, empta ſeu redempta per me ab eodem, reddentia annuatim tres modios tritici et duo

quartalia. Item aput Elmengerin ius aduocatie | quatuor Scopoſarum, pertinentium altari Sanctorum Johannis Baptiſte et Johannis euangeliſte, dicte Beronenſis eccleſie, reddens annuatim octo ſolidos, et plene tradidi ſine omni condicione | ſeu iure retento, vel reſeruato, michi aut meis heredibus in predictis. Ita, quod meum in ipſa eccleſia celebretur anniuerſarium omni anno, eo die, quo me viam carnis | ingredi contigerit vniuerſi. Et eodem die de prefatis redditibus duo quartalia tritici pauperibus, prebendariorum cuilibet ſex denarii, cuilibet etiam canonicorum ſacerdoti, pro diuini | cultus augmento receptorum, prebendos nondum habentium tantundem. Reliquum vero inter canonicos, qui vigilie, miſſe, viſitationique ſepulcri mei vna cum predictis prebendariis | interfuerint, diuidantur. Deductis primo ſex denariis pro ſacerdote quocunque, qui miſſam pro defunctis in altari publico perſonaliter celebrauerit illo die. Ceterum, quam diu | vixero craſtino Sancti Chůnradi mea in ipſa eccleſia cum officio conſueto memoria celebretur. Seruata per omnia diſtributione predicta, hiis qui dicto officio interfuerint die illo. | Porro domum meam, ſitam in villa prefata ſuper cliuum prenotate eccleſie trado libere in his ſcriptis, nichil michi retinens in eadem, niſi quamdiu vixero vſufructu | dictamque domum, ac etiam dono prenotata ad manus domini Gerungi de Seconis, canonici et camerarii prefate Beronenſis eccleſie tradidi et libere reſignavi. Recepto ab | eodem vſufructu dicte domus ſub annuo cenſu ſex denariorum ſoluendis dicte camere annuatim. Cum autem deceſſero domus ipſa vendatur, et ex eius precio poſſeſſiones | emantur, de quarum fructibus dicti anniuerſarii mei redditus et diſtributio augeantur proportionaliter, ſecundum modum ſuperius expreſſum, perſonis ſupra denotatis, quod Camerarii, | qui pro tempore fuerit, duxi arbitrio ac iudicio relinquendum. In horum igitur omnium euidentiam ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Teſtes ad hoc vocati ſunt | dominus Heinricus de Rinach, Gerungus prenotatus, R. de Liebegge, D. dictus Sartoris, canonici, Hugo dictus Raſor, prebendarius eccleſie ſupradicte. Datum | et actum Berone,

anno domini M⁰CCC⁰XII⁰. In die Sanctorum Thyburcii et Valeriani. Indictione X.[a]

Das Siegel ist abgefallen.

Copie im Liber crinitus fol. 8 u. 31, h, 38, b.

Copie von Dr. v. L.

## Nr. 302.

1312, 22. April, Samstag vor S. Georg. Oberkirch.

Elisabeth von Aarburg, Witwe Walters von Hasenburg, entzieht sich mit Hand ihres Vogtes Rudolf von Arburg und ihrer Söhne Rudolf und Johann von Laubgassen zu Handen Marquards und Heimo's von Hasenburg aller ihrer Ansprachen an die Hinterlassenschaft ihres Gemahls selig gegen Entrichtung von 40 Mark Silber.

Zeugen: „Johann von Diettinkon der junge, Korherre ze Münster," Johann von Grünenberg, der Grimme, Ritter, Otto ze dem Turme.

Siegler: Rudolf von Arburg, Rudolf und Johann von Laubgassen.

Willisauer Archiv im Staatsarchiv Neuenburg.

## Nr. 303.

1312, 3. Mai. Neuenburg.

Götschi von Jegisdorf verzichtet auf das Gut, das seine Mutter und Geschwister an das Stift Münster verkauft habeu.

Allen den die diſen brief anſehent alder hȯrent leſen, kúnde ich Gȯtſchi von Jegisdorf, das das | gůt, das min mv̊ter vnd minú geſchwiſtergide hant ze kȯffende geben den herren dem probſte vnd dem | capitele ze Mùnſter in Ergȯwe mit miner wiſſende vnd gůten willen verkoft iſt. v́nd verzihe | mich offenliche vnd vnbetwvngenliche alles gerichtes geiſtliches vnd weltliches vnd gemeinliche | aller der helffe, da mite der vorgenante kȯf nu alder har na in deheinen weg mehte geirret | worden. Vnd dar vmbe ze einer meren gelobſami dirre dinge gib ich Gȯtschi von Jegisdorf | den vorgenannten . . probſte vnd . . capitele ze Múnſter in Ergȯwe disen brief beſigelt mit der | Burgere inſigel von Núwenburg.

Wir der . . Burgermeiſter, der Schultheiſſe vnd der Rat ze Núwenburg, wan | de der vorgenante Gůtſchi vor vns verjach vnd ſich verze (!), als hie vorgeschrieben | ſtat vnd wir das ſahen vnd horten, dar vmbe han wir dur bette der vorgenanten Herren von | Mùnſter in Ergůwe vnd Gůtſchis des vorgenanten vnſer ſtat ingeſigel ze Núwenburg an diſen brief gehenket. Das beſchach vnd wart dirre brief gegeben ze Núwenburg, do man zalte von Gottes geburt[1]) dritzehen hundert jar, vn dar na in dem zwelften jare an der vffart abend.

Das Siegel fehlt.
Archiv Bero-Münster,
Copie von Dr. J. L. B.

## Nr. 304.

1312. 5. Juni. Münster.

Ulrich von Landenberg, Propst, Gerung von Säckingen, Chorherr zu Münster und Heinrich, genannt von Eye, Priester, gründen in der Kapelle des hl. Gallus zu Münster einen Altar zu Ehren der 11,000 hl. Jungfrauen.

Uniuersis presentium inspectoribus seu auditoribus. Volricus de Landenberg prepositus Gerungus de Seconis Canonicus ecclesie Beronensis, ac Heinricus dictus de Eye sacerdos karitatis officium, noticiamque omnium subscriptorum. Cum in officiis karitatis illis primo teneamur obnoxii, a quibus nos cognoscimus beneficia recepisse digne ad statum dicte Beronensis ecclesie quodamodo matris nostre, aciem nostrae considerationis extendimus, ut ipsius honorem, in quantum nobis est possibile prouehamus. In hac itaque ecclesia diui nominis cultum, ex rebus nobis a deo collatis desideramus augeri. Ad altare sanctarum undecim milium virginum in capella sancti Galli, eiusdem ecclesie nobis . . preposito et Gerungo constructum. Ego Gerungus bonum meum proprium situm in Tuffendal, quod dicitur der Smidin gůt decem et dimidium frusta reddens, et ego Heinricus sacerdos antedictus, domum meam sitam in

---

[1]) „do man zalte“ ist durchstrichen.

uilla Beronensi habentem a posteriori parte Riuum qui dicitur Winna, ab anteriori vero parte, et a dexteris stratas publicas, a sinistris domum quondam Johannis dicti Hafners, Calicem etiam meum deauratum trium Marcharum librumque meum missale cum uestibus sacerdotalibus ac decem marchas argenti, dandas ex bonis meis, et in utilitatem dicti altaris conuertendas. Ac nos prepositus cuppas nostras argenteas dotis nomine conferimus liberaliter in hiis scriptis. Si vero me Heinricum ante solutionem plenariam dictarum decem marcharum decedere forte contigeret, volo quod bona mea in Etzelwile pro eisdem ipsi altari sint et maneant obligata, ad quorum solutionem de predictis bonis faciendam, omnes heredes meos sollempniter obligo per hec scripta. Volumus autem, ut prebendarius ipsius altaris qui pro tempore fuerit, tres missas in eo, qualibet ebtomoda dicere teneatur, unam videlicet in die dominico de beata virgine, aliam feria tertia pro defunctis, in quam nostram, ac perpetuam nostrorum memoriam faciat specialem reliquam autem quinta feria de patronis, quas si casu quocumque legittimo dicere nequerit, ut est dictum, alio tempore suo preiudicio sequentium ebdomodarum illas congruo reconpenset, Super quod ipsius conscientiam esse volumus honeratam. Omnibus etiam horis canonicis aliisque diuinis officiis nocturnis pariter et diuinis in ipse Beronensi ecclesia celebrandis sicut alii prebendarii debet personaliter interesse. Et continue in ipsa ecclesia seu villa residentiam facere personalem. Nusquam inde recessurus, et nunquam nisi quantum aliis nostre ecclesie prebendariis est permissum. Hoc itaque altare sit dotatum a nobis nos . . prepositus et Gerungus andedicti, semel et pluries conferre volumus pro tempore vite nostre, clerico actu sacerdoti conuersationis honeste, qui ad predicta omnia iuramento proprio se astringat. Sicut in forma iuramenti, quam alii prebendarii prestant, inuenitur expressum. Cum autem alterum nostrum mori contigerit, collatio dicti altaris penes superstitem sub modis prescriptis per omnia remanebit. Ambobus autem sublatis de medio ad canonicos residentes duntaxat sine preposito pertinebit.

Ad quem tamen . . prepositum inuestitura ipsius dinoscitur modis omnibus pertinere. Et si canonici discordauerint, maior numerus preferatur, qui numerus si equalis fuerit hinc et inde vocetur . . prepositus et per uocem suam pars cui adheserit fiat maior | Si vero dicti canonici, infra unum mensem a die depositionis prioris prebendarii numerandum ipsum altare non contulerint, ut est dictum, extunc eius collatio ad prepositum qui pro tempore fuerit, sub modis prescriptis pertineat, illa vice. Qui et ipse si infra unum mensem a fine prioris termini computandum conferre neglexerit, Diocesis episcopus ipsum sub forma prenotata conferat uice illa. Verum quia qui altari seruit, uiuere debet secundum apostolicum de altari. Nos . . prepositus et capitulum prenotate ecclesie Beronensis. ipsi prebendario et eius successoribus universis, sicut aliis prebendariis chori nostri medium staupum uini ministrare promittimus omni die. Participationem quoque distributionum dicti chori nostri eidem sicut aliis concedentes, ut sint in consolatione participes, qui sunt in labore consortes. Porro ipsum altare ad presens nos . . prepositus et Gerungus antedicti prefato domino Heinrico cum suis modis conferimus in hiis scriptis . ipsumque de eo nos . . prepositus inuestimus. Nos quoque . . prepositus et capitulum antedicti prenominatum dominum Heinricum sue fidelitatis intuitu ab oneribus antedictis, videlicet, quod omnibus horis et officiis nequaquam teneatur adesse sponte exemimus et exemptum esse volumus pro tempore uite sue. Ita tamen quod successores sui ad predicta remaneant obligati. Et per sacramentum debeant obligari. In quorum omnium euidentiam et roboris firmitatem sigilla nostra videlicet . . prepositi et capituli Gerungi ac Heinrici prefatorum presentibus sunt appensa. Datum et actum Berone. Anno domini M°CCC°xij. Nonis Junii mensis. Indictione decima.

Copie: Liber Crinitus, pag. 33 b.
Liber Capellanorum N. 41, fol. 65.
Uebersetzung bei Riedweg, Stift Münster 240—242.
Copie von P. X. W.

# Nr. 305.

1312, 15, Juni, Münster.

Bestimmung der Verhältnisse der Kapläne zu St. Gallus und Fridolin und der 11,000 Jungfrauen.

Vlricus de Landenberg, prepoſitus et Gerungus de Seconis, canonicus eccleſie Beronenſis, preſentium inſpectoribus ſeu auditoribus vniuerſis | ſalutem et credere ſubnotatis. Cum nos in loco dicte Beronenſis eccleſie prope ambitum capellam in honorem Sanctorum Galli et Fridolini duxerimus | conſtruendam duosque prebendarios sacerdotes ordinauerimus in eadem, unum in altari predictorum patronorum, reliquum in altari eiuſdem | capelle in honore Sanctarum vndecim milium virginum consecrato, paci et concordie prebendariorum eorundem providere deſiderabiliter affectantes, | vt domini noſtri Jehſi Chriſti, cuius in pace factus eſt locus, cultus: ibidem ſit cum debita veneratione pacificus, omnemque diſſceptationis | inter eos ocuputare materiam in futurum. Ita duximus ordinandum, vt oblationes, que ad altaria prefata continget offeri ſub | vna clauſura totaliter per totam ebdomadam colligantur, ad quam uterque teneat vnam clavem. Ita quod neuter ſine altero, niſi de ipſius expreſſo mandato accedere liceat ad eaſdem. Sed completa ebdomada oblationes ſic collecte diuidantur equaliter inter eos. Tecta quoque dicte | Capelle campanas et porticus communiter reficere teneantur. Ita, quod quocienſcvnque opus fuerit, vterque de Marca ſuorum reddituum, | quos ex eadem capella tenent, vnum ſolidum contribuat ad predictos. Saluis aliis conſtitutionibus noſtris circa predicta altaria, vel | prebendas vtrique ſpeciales, que in ſpecialibus ipſarum litteris exprimuntur. Sit autem ad conſeruationem dictarum oblationum modo | prehabito faciendam vna pixis ad hoc apta, duabus Clauibus obſerata, quarum vterque, vt predictum eſt, teneat ſibi vnam. [In cuius ordinationis noſtre perpetuo conſeruande roboris firmitatem, ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Berone anno | domini M°CCC°XII°. In die Sanctorvm Viti, Modeſti et Creſcente. Indictione X.

Die beiden Siegel sind wohl erhalten.

Dr. v. L.

## Nr. 306.

1312, 29. Juni, Lenzburg.

Jakob von Rinach, Chorherr zu Münster und sein Bruder Arnold, Söhne Herrn Jakobs von Rinach, verkaufen an Frau Clara, Gemahlin ihres Bruders, Ritter Berchtolds von Rinach, Güter in Rubiswil, Hunziswil und Lenzburg um 60 Mark Silber. Unter den Zeugen: Herr Jakob von Rinach.

Stadtarchiv Aarau. — Argovia XI, 24—25,

Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde IV, 1, 263.

## Nr. 307.

1312, 16. Nov., Neuenburg a/Rh.

Gottfried und Konrad von Jegisdorf 3 Mütt Kernen an das Stift Münster.

Wir der Burgermeiſter . . der Schultheisse vnd der Rat von Núwenburg | tůn kunt allen den, die diſen brief ſâhent oder hôrent leſin daz Gôtfrid vnd | Cůnrat gebrůdere vron Itun zúne von Jegisdorf fúr v́ns kamen ze Núwen- | burg vnd vf gaben frilich vnd vmbetwungelich hern Johanſe von Hart- kilch | vnſern burgere den . . tumherren von Múnſter in Ergôwe wúſſenſchaften pfleger vnd | Schaffener an der vor- genanten herrenſtat drige mut Kernen geltez, dú dv́ vor | genante Ite von Jegisdorf ze kôffende gab den vorgenanten Herren von Múnſter vmb | achtzehn pfúnd vnd zehen Schillinge pfenninge gewonlicher múntze ze | Múnſter in | Ergôwe, vnd wan diſe vorgeſchriben ding vor v́nſ beſchahen vnd ſie ſahen vnd | horten, dar vmbe han wir dur bette des vorgenanten Johanſ von Hartkilch | an der vorgenanten Herren ſtat von Múnſter vnd ŏch der vorgenanten Gôtfriden | vnd Cůnratz bette vnſer ſtat Ingeſigel zu Núwenburg gehenket an diſen ge- | genwúrtigen brief ze einer gelŏbſami dirre vorgeſchriben dinge. Dirre brief | wart geben ze Nüwenburg, do man zalte

von gottez geburte drizehen hundert | Jar vnd dar nach in dem zwelften iare an dem nehſten donreſtage nach | ſant Martistage.

Das Siegel fehlt.

Stiftsarchiv Münster.

Copie im Liber crinitus fol. 23, b.

Copie von Dr. J. L. B.

## Nr. 308.

1313, 10. Januar Luzern.

Testament Rudolfs des Kellners von Sarnen zu Gunsten seiner Frau Elisabeth von Rinach.

Stiftsarchiv. Gedruckt im Geschichtsfreund, 1,70.

## Nr. 309.

1313. 17. Februar. Münster.

Uebergabe der Stiftskellers gegen Jahreszins an Richenza des Houris Weib seitens Propst Ulrich von Landenberg und des Kapitels.

Nos Volricus de Landenberg Prepositus et Capitulum ecclesie Beronensis Richentze uxori . , Houris et viro suo prenominato ac eorum liberis cellarium nostrum situm prope domum Domini Gerungi de Seconis, concanonici nostri, subtus murum cimeterii nostri cum porticu projacente eidem et omni jure eisdem cellario et porticui pertinentibus tam in foro, quam in rebus aliis pro censu quadraginta solidorum annuatim in festo sancti Michahelis in autumpno nobis persolvendorum, concessimus et concedimus in hiis scriptis. Hiis additis conditionibus, quod si nos uel successores nostri vel quatuor de numero concanonicorum tunc residentium ad usus ecclesie vel alias dictum cellarium rehabere volumus, ipsa Richentza, . . maritus eius, aut liberi, vel successores eorum prefatum cellarium cum porticu et juribus suis reddere et sine conditione quacunque cedere teneantur; ita tamen, quod si predicti impensas aliquas fecerint in predictis edificando videlicet stupam

unam et cameram, quod solum eis concessimus, ut ne cimeterii murum accedant, per prenotatos redimere et rehabere volentes impense pretacte estimare ad arbitrium custodis et cellerarii, ipsis edificatoribus vel eorum successoribus penitus restituantur totaliter cum effectu. In horum evidentiam sigilla nostra videlicet Prepositi et Capituli presentibus sunt appensa. Datum Berone anno Domini MCCCXII. feria sexta post Valentini, Indictione XI.

Rotes Jahrzeitbuch. Beromünster.

Gedruckt: Geschichtsfreund XXIV. 329. P. X. W.

## Nr. 113, b.

1266. 16. März.

Graf Rudolf von Habsburg und Hugo Graf von Werdenberg bestätigen den Kauf von Gütern in Vodlattingen und der Holzachs Schupossen in Roggliswil zwischen Chorherr Berchtoldus von Münster und Ritter Ulrich von Roggliswil.

Omnibus in Christo fidelibus Rudolfus comes de Hapspurg lantgravius Alsacie et Hugo comes de Werdenberg rei geste noticiam, Fidelium nostrorum voluntates fauore debito prosequentes contractum | habitum inter discretum virum Berchtoldum plebanum de Sekingen canonicum Beronensem et Ulricum militem de | Roggliswiler ratum habentes et acceptum donationem factam ab ipso milite bonorum videlicet duarum | Scopozarum in Vodlattingen et duarum scopozarum dictarum Holzachs schůpoza sitarum in Roggliswiler que sibi | vendidit pro certa pecunie quantitate. Heilwige muliere ipsius uxore Berchtoldo et Růdolfo filiis suis | assensum sponte prebentibus et eadem bona legittime resignantibus concedimus et eam firmiter cupimus observari. Presentibus ipsi traditioni auctoritate tutele nobis in persona Anne nobilis puelle filie quondam | Hartmanni comitis junioris de Kiburg et eius bonis jure et consuetudine nobis competente robur prestantes | et firmitatem in omnem euentum vice et nomine pupille antedicte. In cuius facti euidentiam has litteras concessimus sigillis